authentici Secreti Sigilli nostri, quo ut Rex Bohemiæ utimur appensi-one communitas, vobis duximus con-cedendas. Datum Iglaviæ Civita-te Marchionatus nostræ Moraviæ, decima die Septembris Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Octo-gesimo sexto, Regnorum nostro-rum Hungariæ etc. anno vigesimo nono, Bohemiæ vero decimo octavo.

97.

Episcopi Johannis Misnensis Confirmatio antecedentis Con-cessionis Regiæ aō: 1487. orig.

Johannes Dei et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Misnensis. Pru-dentibus et Circumspectis Nobis in Christo dilectis Proconsuli Con-sulibus atq. juratis oppidi Görlitz nostræ diœcesis æternam in Domi-no Salutem. Piis desideriis et stu-diis vestris, quibus solidior unio vel